



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Lex Talionis XII. Tabvlarvm Cardinali Baronio Ab Isaaco
Casavbono Dicta**

Rosweyde, Heribert

Antverpiae, 1614

Index Tabvlarvm.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10692

INDEX
TABVLARVM.

TABVLA PRIMA.

A CH R I S T O & per Christum
salus omnis : nefanda h̄ic h̄ereti-
corum blasphemia , quam dissimulat
Casaubonus. Scorpij instar primo aspe-
ctu blanditur Baronio Casaubonus , ut
occultiūs feriat ; sed innoxius omnis
ictus : suo ipse puri immoritur scorpius.
In Iobium & Euthyinum iniurius Ca-
saubonus. Pag. 1.

TABVLA II.

Insignita Casauboni calumnia , quā
afferit à Baronio Iosephum Lucæ præ-
latum. Planè contrait Baronius. Noua-
tores potiūs Iosephi historiam Lucæ
Euangelio præferunt. H̄eretici non
Scripturas , sed suas venditant phanta-
sias. Pag. 18.

TABV-

T A B V L A I I I.

Hæmorrhœus statua ad cultum
Imaginum propugnata. Crassa Casau-
boni ignorantia, vel potius fraus, quasi
Baronius Damasceni libros de Imaginibus,
plenos mendaciis dixerit. Contrà
planè dicit. Maximis eos laudibus, ma-
iores secutus, effert. P a g . 3 3 .

T A B V L A I V.

Recta & curiosa Baronij obseruatio
de quibusdam fontibus, anniuersario
die, quo nuptiæ celebratæ in Canâ
Galilææ, vini sapore fluentibus. Multi-
plex Casauboni lapsus, nec Baronium,
nec Plinium intelligentis. P a g . 4 5 .

T A B V L A V.

An Hieronymus à Roñano Ponti-
fice ducatum fidei petat, quia ipse Pre-
sbyter erat Romanus? Petit, quia Romæ
Cathæra Petri, quia Romæ fides Apo-
stolico ore laudata, quia Romæ fides
incorrupta. Varia Casauboni errata, &
ineptiæ Grammaticæ. Philosophiæ
eius insigne specimen. P a g . 6 2 .

T A B V -

T A B V L A VI.

Mira Casauboni Dialectica, non distinguentis inter causam efficientem, & finem. Crucis signo ab omni æuo virtus tributa. Thermæ Gadarenæ non in monte Gadaris, sed ad pedem montis. Bafonius & Ortelius propugnantur.

Pag. 86.

T A B V L A VII.

Rectum Baronij iudicium de Pseudo-hieronymi libello de Natiuitate MARIAE etiam sine Erasmi subsidio. Christophorus de Castro à Casauboni calumniâ defensus. Leucius hæreticus non est auctor libri illius de Natiuitate MARIAE. Non vnu Casauboni hac in re error, ignorantia, fraus. Libri cataciani apud Spartanum qui?

Pag. 103.

T A B V L A VIII.

Non sine caussâ Baronius Publicanorum apud Ethnicos dignitatem ex Cicerone adduxit. Malè plagij accusatur.

tur. Plagiarius potius Casaubonus. In-
eptè ex errore typographicò iudicatur
de Baronij imperitiâ in Hebraicis. Ma-
jora in similibus peccat Casaubonus.
Syriacæ voces etiam Hebraicæ dictæ.
Parisim & parietis effractores, & publi-
cani. Ruffini lectio explicata. An vrbs
Capharnaum nomen sit naœta à fonte
Capharnaum. An Capharnaum fon-
tis, an villæ proximæ sit nomen. Arno-
bio, si forte, lux.

Pag. 129.

T A B V L A I X.

Putida Casaubonianæ Grammati-
cæ contra Baronium disceptatio. Error
varius Casauboni de moimento conce-
ptionis Christi. Diuinæ naturæ cum
humanâ connubium , assensu Virginis
firmatum.

Pag. 152.

T A B V L A X.

Solus Petrus inter Apostolos fidei
nostræ fundamentum ac basis. Non ta-
men ideo fidei auctor. Hallucinatio
noui Theologastri Casauboni , non
distin-

distinguētis inter auctōrem fidei &
auctōrem canonis fidei. *Pag. 159.*

T A B V L A X I.

Sibyllarū oracula rectē olim à
SS. Patribus ad fidei confirmationēm
allata. Non dubitauere de iis limatioris
iudicij Catholici. Falsum glossema Au-
gustino appictū à Casaubono. *Pag. 177*

T A B V L A X I I.

Insigne Casauboni flagitium, vitio-
sas vel mendaces membranas citan-
tis, ad perfidiam inurendam Personio.
Eadgari Anglorū Regis in populum
amor, in Clerum pietas. Eiusdein pœ-
nitentia illustris, & in Episcopum
obseruantia. Item alterius Comitis.
Non conuocatum in Angliā Conci-
lium sine Pontificis & Episcopi au-
toritate. *Pag. 193.*

L E X